Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75
Signatur:	Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

9m Capitulum

illud, quod pro parentibus et fratribus meis
quero, et non potius bonum eternum. Ideo
in hiis bonis multa mixta, multaque pericula
esse; nec volo meos meis quomodolibet im-
plicari. Exaudivit autem dominus vocem eius
et deducti sunt per mirabiles casus absque
culpa ipsorum ad infimam paupertatem,
prout constat et constitit cunctis cogno-
scentibus eos. Hiis sic prepositis tamquam fundamentis
perfectus admirabilis mentis sue que ultra
supradicta profecerit, post desideratam habitus
sumptionem, aperte pertractandum puto, ut perfec-
tionis eius principia persequamur. Com-
pleta promissione almi patris beati Dominici
cepit fidelissima filia velut apis argu-
mentosa undique mella colligere et occa-
siones et causas se ipsam magis arctius dirigendi, ac
sponsum suum strictius amplexandi. Unde
loquens ad se ipsam dicebat: Ecce iam re-
ligionem intrasti; non oportet te amodo
vivere sicut hactenus in seculo; secularis vita
preteriit, nova venit religio, secundum cuius regulam
regulari te esse nunc oportet. Vides ne tuam colo-
rem vestium? puritatem summam te oportet
induere, illamque undique custodire, quam alba
tunica ipsa significat. Deinde mortuam
te mundo esse omnino debere, pallium nigrum
patenter ostendit. Vide igitur quid agas, quia
per arctam viam per quam pauci vadunt te
oportet transire. Proposuit igitur per pietate
melius observanda artissimum tenere si-
lentium, nec aliquem loqui nisi dum confiteretur
peccata sua. Unde prout confessor suus
qui me in hoc precessit officio, et refert et
in scriptis redegit, tribus annis continuis
plenarium tenuit, quod nulli nisi confessori quando
confitebatur tantum, penitus est locuta. Infra
clausuram cellule habitabat continue, nec egre-
diebatur inde nisi cum ad ecclesiam properabat; pro
cibo non oportebat ipsam egredi, quia tam

tenuis erat quod aqua tantum infra cellulam ser-
vabatur et mandebatur. Nec cocto aliquo
utebatur, pane solo excepto, prout dictum
est supra. Statuit insuper in corde suo, ut
quando non cum lacrimis ad cibum accederet, semper
ante cibum inmediate prius Deo lacri-
mas offerens animam irrigabat, et sic po-
stea cibum sumebat pro corpore sustentando.
Invenit ista desertum infra propriam domum
et solitudinem in medio populorum. Vigilias
ante eius orationes, meditationes et lacrimas
alias quis exprimere poterit et narrare?
Statutum est fecerat quod dum fratres predicatores
quos germanos suos vocabat dormirent,
ipsa continue vigilaret. Cum autem fratres
pulsabant ad matutinas pulsato suo
signo et non prius, ipsa sponso suo dicebat:
Ecce domine germani mei et servi tui usque
nunc dormierunt, et ego pro ipsis feci custo-
diam coram te, ut servares eos a malis
et ab insidiis inimici. Nunc vero ipsi sur-
rexerunt ad laudandum te, tu serva eos,
et ego parum pro quiete stans supra asserem
huius ligni pro cervicali corpusculum recli-
nabat. Cernens hec omnia superbenedictissimus
sponsus eius qui procul dubio est cuncta pre-
stabat, qui allectus eius fervoribus, nolens
dimittere ovem tam nobilem absque pastore
vel duce, discipulamque tam diligentem et
honestam absque perfecto ingressu, non hominem
non angelum, sed se ipsum sponse sue di-
lecte dedit in preceptorem. Sicut ipsa eum
mihi revelavit secrete. Modo ut se in cella
reduxit, cepit ei aperte sponsus et salva-
tor eius superdilectus, dominus Jesus, prius
ipsamque de omnibus que anime sue forent uti-
lia plenarie informare. Unde in secreto
confessionis dum hec mihi recitaret, me ta-
liter est locuta, hic verbo addito: Scias hoc pro conclusione
verissima pater mi, quod nichil quod pertineat

Nota

Hic ubi eam docere